



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De creatione animæ: an de aliquo facta sit. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Aug. lib. 6.
Cap. 6. in fi.
ne.*

*Ibid. paulo
inferius.*

*Aug. lib. de
Gen. ad l.
Gen. 6. c. 12.
circa finem.
Et li. de Ge-
nesi contra
Manichæos
1. c. 17. in fine
temo 1.*

Quocirca homo & imago dicitur, ad imaginē
filius autem imago, non ad imaginem: quia nat⁹
& non creatus, æqualis & in nullo dissimilis, ho-
mo creatus est à Deo, non genitus, non paritate
æqualis, sed quadam similitudine accedēs ei. vn-
de Aug. in lib. 6. Trinit. in Genes. legitur: Faciam⁹
hominem ad imaginem, & similitudinē nostrā,
faciamus & nostram pluraliter dixit: & nisi ex re-
lativis accipi non oportet, vt facere intelligatur
pater & filius, & spiritus sanctus ad imaginem pa-
tris & filii & spiritus sancti, vt subsisteret homo
imago Dei. Sed quia non omnino æqualis fiebat
illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab eo
creata, ideo ita imago dicitur quod & ad imaginē:
qa non æquatur paritate, sed accedit quadam si-
militudine. Filius autem est imago, sed non ad i-
maginem, quia æqualis patri. Dicitur est ergo ho-
mo ad imaginē. ppter imparem similitudinē. Et
ideo nostram, vt imago Trinitatis esse homo in-
telligatur, non Trinitati æqualis, sicut filius patri.
Ecce ostensum est secundum quid sit homo simi-
lis Deo, scilicet, secundum animam. Sed in corpo-
re quandam proprietatem habet quæ hoc indi-
cat: quia est erecta statura, secundum quā corpus
animæ rationali congruit, qa in cælum erectū est.

DE CREATIONE ANIMÆ: VTRVM

*De aliquo facta sit, vel non. & quando facta,
& quam gratiam habuerit in
creatione.*

DISTINCT. XVII.

A

HIC de origine animæ plura queri solent, scili-
cet, vnde creata fuerit, & quando, & quā gra-
tiam habuerit in creatione. Sicut hominis forma-
tio secundum corpus describitur, cum dicitur,
Formavit Deus hominem de limo terræ: ita e-
iusdē secundum animam factura describitur, cū
subdi-

subditur. Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Corpus n. de limo terræ formavit Deus, cui animam inspiravit. Vel secundum aliam literam, flavit vel sufflavit: non quod faucibus sufflaverit, vel manibus corporeis corpus formaverit. Spiritus enim Deus est, nec lineamentis membrorum compositus. Non ergo carnaliter putemus Deum corporis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formavit iubendo, volendo, id est, voluit, & verbo suo iussit, ut ita fieret: & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, id est, substantiam animæ in qua viveret, creavit: non de materia aliqua corporali vel spiritali, sed de nihilo.

Aug. lib. 7.
de Gen. ad
l. terram c. 1.
in fine.

Genes. 2. b.

*Opinio quorundam hæreticorum, qui putaverunt
animam esse de substantia Dei.*

B

Putaverunt n. quidam hæretici, Deum, de sua substantia animam creasse, verbis scripture pertinaciter inhærentes quibus dicitur, inspiravit vel insufflavit, &c. Cum fiat, inquit, vel spirat homo, de se flatum emittit: Sic ergo cum dicitur Deus flasse, vel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est, de sua substantia. Qui hoc dicunt, non capiunt tropicam locutionem dictum esse sufflavit, vel flavit, id est, flatum hominis, scilicet animam fecit. Flare enim est flatum facere: & flatum facere, est animam facere. Unde Dominus per Esaiam. Omne flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem Dei. Si n. hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animavit, factus est à Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo.

Ioan. 4. c.
Aug. lib. de
Gen. ad l. terram
7. c. 2.
in princip.
Responsio.
Ibid. ca. 3.
ad finem.

Es. ia. 57. d.

*Quando facta sit anima, an ante corpus, aut
in corpore.*

C

Sed Vtrum in corpore, vel extra corpus, etiã inter